scet sicut fumus: qd vnq̄ reuersus ab inferis nun-
ciauit aliquid de hi s q dicunt post mortē aiabus eue-
nire: fabule sunt he muliercularū: surge ergo et ad
auxilia hoīum confuge: solutus taliter viuas: vt nō
frustra ab ista tua spe deceptus sp labores. **C**his
dictis tātus clamor audit' est in castris eius: tantus
armoz strepitus ac tubaruz clangor: vt vir subsiste-
re potuerim: et nisi spes mea dilecta inibi auxiliū p-
stifisset vincitū catbenis me ad suā regionē tristitia
dedurisset. **A**enit itaq̄ spes diuino quodā splendo-
re corrusca et subridens dixit: **E**ia miles xp̄i: qd tibi
cordis qd tibi ai est i isto certamine: **Q**uod audiēs:
illico erubui. **E**t illa: noli timere nō capiet te malū:
nequaq̄ peribis. ecce tecū sum vt liberē te. **A**n ne-
scis q: scriptuz' est. dixit insipiens in corde suo nō est
deus: quasi vna de stultis mulierib' locuta est tristi-
tia hec. nunqd tibi psuaderi poterit non esse deuz:
aut deū non habere puidentiaz oīum: **A**n poteris
de fide dubitare tu: q tot argumētis et rōnibus eam

Deditatio super psal.

roborasti miror te adeo ex eius verbis esse prostratum:
Dic obsecro: nū in corde tuo de fide dubitare cepisti: Vixit dñs et vivit anima tua: o mater mea dulcissima: quod nec minimū infidelitatis stimulū sensi. Nam p̄xpi gratiam nō minus credo vera esse: quod fidei sunt quod ea quod oculis corporeis cerno. Verū tristitia adeo me premebat: ut potius traheret ad desperationē: quod ad infidelitatē. Fili scias hoc magnū donū esse dei: nam fidēs donū dei est nō ex opibus: ne quis glorieſ: exurge ergo: et noli timere: sed potius ex hoc cognosce: quod nō reliquit te dñs: quod et si non cito exaudit nō est desperandum: si morā fecerit expecta eū: quod venies veniet et nō tardabit. Agricola patienter expectat fructū in tempore suo. Natura nō statim introducit formā: cū aliqd gñat: sī p̄mū materiā preparat et paulatim disponit donec susceptiōi faciat idoneā. Scias tñ dñs sp̄ pie et humiliter orātē exaudiens. Nunquid vacui ab eo recordūt. Nec ratiōibus hoc p̄bare contēdā: eo quod ī te ipso hoc senseris. Dic mihi quis cor tuū ad deū levavit de terra: quis te ad orādū pdurit: quis dolorē peccatorum et lachrymas exhibuit: quis specie dedit: quis te bilarē in oīone et post eā reliquit: quis te in sancto p̄posito quotidie confirmauit: nōne dñs: qui omnia in omnib⁹ operat: si igit̄ hec tibi iugiter dona largit: cur dicit̄ illa semiarū pessima: ubi sunt oīones tue: ubi lachryme: et cetera verba blasphemie: An nesciis: quod distincta est celestis hierusalem ab ista terrestri: An ignoras

In te domine speravi

ras quod nec conueniens: nec necessariū: nec iteū utile
 est deū seu angelos et sanctos eius visibiliter ad ho-
 mines descendere: et eis familiariter loq: **H**ueniens
 prope nō est pro distantiā meritoꝝ. **Q**ue ehi cōuen-
 tio lucis ad tenebras: nō enī bñ cōueniūt viatores et
 cōprehēsores: diūsas ciuitates diūsos hūt ciues: ve-
 rū qbusdā p̄ excellētiā sanctitatis cū sunt iā patrie
 vicini: datū est angelos videre: et eos allog: s̄ specia-
 le prūilegiū non oēs tangit. **N**ecessariū aut nō est:
 q̄ cū īnūsibiliter beati nos gubernēt et illuminēnt
 ac consolent: non est opus visibiles apparitiōes ad-
 bibere. **D**īs adeo bonus est vt apparitiones etiā
 visibiles cū opus fuerit nunq̄ pretermittat: qd enī
 potuit facere p̄ nrā salute: et non fecit. **F**utilis quoq̄
 nō est: q̄ nūmīa familiāritas parit cōtemptū: nā iu-
 deīs mīracula et magna et multa nībil p̄fuerūt. **R**a-
 ra enī preciosa sunt. **S**ufficiat ergo tibi īuisibilis vi-
 sitatio: scit enī dīs quid opus sit tibi. **I**n nō ipse cō-
 solatus est te: **S**cio quid ī tuō corde sensisti. **S**ur-
 ge ergo: et ad orationē reuertere. **E**lam̄a: pete: q̄re: p̄se-
 uera: q̄ si non dabit eo q̄ amīcus eius sic: p̄p̄ tū ipoz
 tunītate dabit oīq̄ q̄ sunt necessaria. **C**lōis verbis
 cōsolatus surrexi: et p̄ostratus ante deū prosecutus
 sum orationē meā dicens. **I**nclina ad me aurē tuam
 accelerā vt eruas me. **D**ñe deus meus ad te reuer-
 tor: spes me misit: non mea presumptiōe venio. **M**o-
 nitas tua me inuitat: misericordia tua me trahit: o

Dedictatio super psal.

quanta dignatio. Gaudeo plane: nec mihi alia superest consolatio: felix perfecto ista necessitas quod me ad deum venire compellit: quod me cogit loqui cum eo: quod me urgent orare. Loquar igit ad deum meum quamvis sum puluis et cinis. Inclina ad me aure tuam. Quid ait anima mea: num deus habet aures: num ipse corpus est? Absit. Num enim longe melior sit spiritus corpore: quis assertat deum esse corpus nisi insanus. Sed balbutiendum ut possim dominum exulta tua resonamus. Cognoscimus te per creaturas. loquimur tibi et de te per aurum similitudines. Auris itaque tua domine quid est: an forte cognitio tua. Nam per aures intelligimus ea quod nobis dicuntur. tu autem oia quod loquuntur et cogitat hoies ab eterno cognouisti. Num ergo per aurum tuum accipere possumus cognitionem tuam? Aliiquid perfecto insinuat mihi auris tua: quod non capitur in nomine simplicis cognitionis tue. Namque quibusdam inclinas aurum tuum: alijs vero auertis eam. Cognitio autem tua speadet permanet. Quid ergo auris tue nisi approbationis et reprobationis notitia tua. Inclinabis aurum tuum et audis verba iustorum: quod tibi placet et approbas ea. Auertis aurum tua a verbis ipsorum qui ab ipietate recedere noluntur: quod tibi non placet et reprobas ea. Quid ergo scilicet aurum tuum loquitur tibi nisi eorum orationes approbare: et eos rultu pietatis aspicere: illuminare: et accedere: ut cum fiducia et charitatis feruore te orete: tecum deprecantur: Quia eis dare vis quod humili pietate postulat. Nam si rex pauperi cū pienti

In te dñe sperauī

87

piēti log cū eo vultū hilarē oīdat: oculos ad eū con-
uertat: z attētū verbiseius se deīnōstret: nōne leta-
bit pauper: nōne facies z attētio regis eloquiū ei p̄e
stabit: Nonne verba z facundiā subiunistrabit.
Ita dñe intelligūniste ad n̄ras preces tunc incli-
nare aurē tuā: qñ nos in oīone spū feruere cōcedis.
Rogo ergote dñe inclina ad me aurē tuā: approba
oīonē meā: illuminā me: accēde me: doce qđ petere
debeā: eleua sursum cor meū vt tādē eraudias dep-
cationē meā: accelera vt eruas me: abbrevia dies: fe-
stina tps. Ita iclina ad me aurē tuā: vt cito mirear
eraudiri. Tibi enī q̄ hītas eternitatē oē tps breue est
eternitas nāq̄ tota simul cōprehēdit z in imēsu; ex-
cedit totū tps vniuersum. At mihi quelibet dies lō
ga est. Nā tps est numerus mot⁹ q̄ enī motū nō sen-
tit: nec gdē tps sentit: at q̄ sentit motum: z tps sentit.
maxime aut̄ motu; sentit: q̄ numerat p̄tes eius: ego
itaq; q̄ numero dies z horas: maxime tps sentio: z
iō sicut tibi mille ani tanq; dies extēna q̄ p̄eterijt:
ita mihi vna diestanq; mille ani q̄ vēturi sunt: acce-
lera ergo dñe z eruas me a pctis z aduersitatib⁹ me-
is. Nā mors p̄perat: z in oī loco me erpectat: acce-
lera dñe: ne forte p̄occupat⁹ abea: nō hēam spaciū;
pn̄ie. Erue me dñe de manu maligni: libera me de
viciulis pcti: eripe me de laqueo mortis. Educ me de
de p̄fundo iferni: salua me ab oppressiōe z dura ser-
uitute tristitie: vt aia mea exurgat z letet in te: z bñdi

Meditatio super psal.

cat tibi oib⁹ diebus vite sue: gr̄as tibi dñe p̄ie su⁹ sal
uatorē meū: qz s̄im multitudinē dolor⁹ meor⁹ in cor
de meo cōsolatiōes tue letificauerūt aīaz meā. Ego
igit̄ sp̄ in te sperabo: ⁊ adiūciā sup̄ oēz laudē tuā. Tu
aut̄ dñe inclina ad me aurē tuā accelera vt eruas me.
Clēu me iniserū. Ecce itez tristitia terribilib⁹ ar
mis istructa. Terillū iustitie p̄cedit eā. Innumerā
bilis exercit⁹ sequit̄ pedes eius: vnuſqſq; lanceaz h̄z
in manu sua rasa mortis circūquaq; cōspicio. Ach
mibi qz peri⁹: voce horribili claimat. O miser: spes il
la tua te decepit: ecce laborasti in vanū: dixisti enī in
clina ad me aurē tuā: accelera vt eruas me. Nūqd
clāmauit ad te de⁹ aurē suā: nūqd exaudita est oīo
tua: vbi liberatio: vbi consolatio: num accelerauit
erueret te: adhuc vīctus es: nihil erga te inouatū est.
Si credis fidē eē verā: cur spē solā āplecteris: an ne
scis qz deus iust⁹ est: an ignoras iustitias eius: ange
lis suis nō pepcīt: nō misert⁹ est eis: necq; miserebit⁹:
p vnum pctī tī dānati sunt in ppetuū. Adā pecca
uit ⁊ iustitiā dei totū genus morte pūiuit. An putas
deū non ita amare iustitiā sicut inisericordiā: pueri
in originali pctō decedētes nunq; videbūt faciē dei:
adeo enī severa est iustitia dei: vt pp pctī qd ipsi nō
fecerūt sed p̄xerūt eterna pena plectant: i iferno aut̄
nulla est redēptio: nescis qz deus nō parcit deliquē
ti: Nōne tpe noe pdidit fere totū genus humānū:
Nōne sodomiaz: ⁊ reliquas ciuitates ei adberentes
igne

In te dñe sperauí

88

igne cōsumpsit. Nec iustitia diuina ifatibus et ino-
cētibus saltē cōpassa est. Quoties iudeos peccātes
puniuit. Nonne bierusalē p manū nabuchodono-
so fundit euertit. Templo quoq; suo nō pepcit. Qd
ēt a Tito Romanoꝝ p̄s̄cipe factū est: vbi tā crudeli
a iaduersione grauati sunt iudei: vt nemo^{sā} audieſ
nō erpauescat: sed vide q̄ dura sit iustitia diuina: si
lij p p̄ib⁹ vſq; in hodiernū diē puniunt: ecce iudei
vbiq; terraz serui sunt. Et in cecitate sua moriētes
penis cruciant̄ eternis. An putas q; maior sit misere-
ricordia dei q̄ eius iustitia: Et quidē in ipso deo neq;
maior neq; minor est. Quicquid enim est in deo est
substātia eius. Sed opa iusticie et misericordie cōsi-
deremus. Num ruz opa iusticie excedūt opa miseri-
cordie deus ipse testis est q ait: multi sunt vocati pau-
ci vō electi. P̄dēsa obsecro quot ifideles dānnant:
quot mali xpiani: q̄ pauci bñ viuunt: et facile itelliges
lōge plura esse vasa iusticie q̄ misericordie: electi enī
dei vasa sunt misericordie: reprobi vō vasa iusticie.
Non te sperare faciat maria Magdalena: non la-
tro: nō Petrus: nō Paulus. Maria enī vna fuit:
latro vnius. Petrus vnius, Paulus itē vnius. An
putas te inter paucos cōnuinerādū: q tot et taꝫ ma-
gna peccata cōmisisti: q scādalū in ecclesia fuisti: q
celū et terrā offendisti: ecce fleuit oculus tuus: cor tu-
um misericordiā implorauit: et adhuc misericordiā nō
es cōsecutus. Tot orationes eoꝫ q diligebāt te nō fue-

Meditatio super psal.

runt et audite. Quare hoc nimis quod inter vas a iusticie computari. Spes illa tua frustra te laborare fecit. Sequere consilium meum: celum te respuit: terra te non recepit: confusione hanc magnam quod tollerare possit: melius est tibi mori quam vivere: elige mortem quam si nullus interficit: mitte tu manus in te ipsum. Nec illa mira ipotunitate ingerebat totusque exercitus eius magnis rationibus cogeremini abat: dices. Mors sola refugium tuum: mors sola refugium tuum. Ego hec audiens expauit talico in facie cecidi eiulans et dices. Domine adiuua me: domine ne dereliquas me. Spes mea veni: spes mea veni. Ecce subito spes de celo misericordia descendit: et tetigit latitudinem meum et leuavit me: statuitque supra pedes meos et agit: usquequo parvulus eris. Quandiu tyrannus regnabit: toties in bello fuisti: et in medio umbra mortis absulasti: et nondum certare didicisti. Noli turbari de magna iustitia dei: confortare pusillanimis. Timet qui ad dominum non contumeliam: qui ambulat in vijs suis qui sequuntur vanitates. qui via pacis non cognoverunt: paueant ipsi: qui peccaverunt et dicunt. Quid feci: Qui non contumeliantur ad cor: qui vocent: et venient: reuenerunt: ignorant deum: et nolunt intelligere: ut bene agant: hi ergo timet. Quid dicit apostolus: horredum est incidere in manus dei viuentis. Tales perfecto iustitia dei punit: huiuscmodi boies ad eam spectant. At peccatores: qui ad se reuersi surgunt: et ad preces misericordiarum currunt dicentes. Pater peccavi in celum et coram te: sed propitiatus esto mihi peccatori

In te dñe sperauí

89

tori: cōfidāt in dño: qz q eos traxit pculdubio suscipiet: z iustificabit. Proferat in mediū hec ipsa tri-
stitia (si pōt) aliquē peccatorē quātūlibz magnū: q
ad dñm cōuersus sit: z nō fuerit ab eo susceptus z iu-
stificatus: q̄uis enī de Esau scriptū sit: nō iuenit pe-
nitētie locū: quanq̄ cū lachrymis inq̄sisset eam: hoc
nō obstat nře siue: qz Esau nō fleuit pp pctā cōmis-
sa: sed pp bona tpalia amissa: que recuperare nō po-
tuit. Nec putes iustitiā ita respicere ipios: vt a misse
ricordia penitus separarent: nec misericordiā ita ad
iustos spectare: vt a iustitia se iūgant. vniūse enī vie
dñi misericordia z veritas. Nam z peccatoribz misse
ricordiā facit: dū eis pp bona que tpalr agūt tpalia
bona retribuit: z post hāc vitam eos nō quantū me-
ren̄t punit: electos quoq̄ sua iustitia psequit: dum
p culpiē eos tpalr affigit: ne penis deputen̄t eternis
Tu igit̄ patienter interim sustine dñm: peccasti enī:
penitentiā age: sufficiat tibi remissio culpe p grāz ei
Fili mi. noli negligere disciplinā dñi: neq̄ fatigeris
dū ab eo argueris. Quē enī diligit de' castigat: fla-
gellat aut oēz filiū quē recipit. Perseuera ergo i di-
sciplina: tanq̄ filio tibi offert se de': z q̄uis pauci sint
electi: cōpatione eoꝝ q̄ reprobi sūt. Innumerabiles
tū sunt q̄ saluant: nec rna tm̄ est maria Magdalēa
nec tm̄ vnus latro: vnus Petrus: vnus Paulus:
qz inumerabiles secuti sunt eoꝝ vestigia penitētiā
agētes: z a dño suscepti: mltis magnisq̄ grē mūeribz

AA

Dedictio super psal.

decorati: nec minor est misericordia i' opib' suis: q̄ iustitia: nā tā magna bona misericordia iustis p̄stat: vt opa eius: opa iustitie i' imēsuz excedat. An nescis q̄a misericordia dñi plēa est terra: Que nā creatura pōt ḡliari se aliqd h̄e: z nō accepisse illd a misericordia: Si aut̄ grauiter deū offendisti maior est eius misericordia: q̄ oīa peccata inūdi: noli turbari pp multitudinē z grauitatē peccatoꝝ. Nonne misericordia iā occurrit tibi: Nonne osculata est te: ecce cecidisti: z non es collisus. Quare: nunqđ tu nō es ras fragile: qđ cū ceciderit cōteraf necesse est: nisi qs supponat manū suā: Quare ergo cadēs nō es cōtrit': Quis supposuit manū suā: Quis inquā nisi dñs: Signū hoc magnū electionis tue: elect' enī cū ceciderit: nō collidet: q̄ dñs supponet manū suā. Nonne scribit apostolus. Diligentib' deum oīa cooperant̄ in bonū: z adeo oīa: vt ēt ipsum peccatū eis cooperet̄ in bonū: Nonne eis ille casus cooperat̄ in bonū: vñ z humiliores efficiunt̄ z cautores: Nonne dñs cadente in ilūz suscipit: q ab humilitate suscipit: Dillexisti dñm pluribus annis pro eius amore laborasti. Eleuasti deinde cor tuum z in vanitate sensus tui abulasti: subtraxit dominus manum z cecidisti z in profundū maris descendisti. Verumt̄ dignatio dñi statim supposuit manū suam z nō es collisus. Dic ergo. Impulsus euersus sum vt caderē: z dñs suscepit me. Non sic ipij: nō sic: quos deus reprobauit: cadētes aut̄ nō adiiciēt

In te dñe sperauí

90

aduiciēt ut resurgāt. Sed aut pudore noxiō excusāt
pctā: aut fit eis frōs inertricis: et iā nō deū timent:
nec boſem reuerent. Surge itaq; et forti aio esto: cō
fortare: et esto robustus: expecta dñm et viriliter age:
cōfortef cor tuū et sustine dñm: pbaſti virtutem tuaq;
q; nulla sit: humiliare ergo eā sub manu potēti dei:
et amodo cautior esto. Patiētia tibi necessaria est:
sine itermissione ora: et dñs exaudiet te in tpe oppor-
tuno. Surge itaq; et oēm tristitiam a te repelle: pe-
des dñi āplectere: et ipſe saluabit: et liberabit te. Illois
dictis rpta est in celū me cōfortatū et miro mō: con-
solatum reliquēs: quā statī ex toto corde pſecutus:
ante deū steti: et ad pedes mei ſaluatoris puolutus
confidenter dixi. **C**Esto mihi in deū protectorēm:
et in domū refugij: ut ſaluū me facias: tu enī deuſoſ
um magnus et fortissimus: tu redēptor et ſaluator vni
uersor: tu ptector tuorum fidelium: ad te configio
q; fidēter. Spes me introduxit: spes quam tua pieta
te ſūme diligis: quam nobis ſeimp cōmēdasti: nō ti-
mui ante faciē tuam cū ea venire: fateor. Indignuſ
sum: sed ipsa me traſit. Timebam igredi pp multa
ſcelera mea: sed ipsa mihi fiduciā p̄buit. Ecce stat co-
rá te: ipsa testimoniuſ p̄hibeat: loquar ad dñm meuſ
caro et peccator. Spes me docuit: dixitq; mihi: ut q; fi
dēteros meū aperiā. Dulcis inquit est dñs: non te
repellet: nō irasceſ: libēter audiet: quicqd petieris
dabit. Eredidie i pp qđ locutus ſum. Veram tuā

Deditatio super psal.

maiestate cōsiderās humiliat' sum nūmis: et dīti in excessu m̄ eo: oīs hō mēdar: non confidam in homīne in eternum. Sed in te solo. Quia tu solus fidelis in oīb' verbis tuis: omnis aut hō mēdar. Quid retribuā tibi dñe p oībus que retribuisti mībi: Ea līcem salutaris accipiā: qz ā modo non mībi: s̄ tibi riuā pro tuo amore bñfaciēs oīa mala tolerabo: nō mē virtute hoc faciā: sed nomē dñi inuocabo. Aota mea reddā corā oī populo tuo: qz preciosa est in cōspectu dei mōis sanctoꝝ eius. Esto ergo mībi in desptectorē: defende ab inimicis meis. Inimici mei sunt peccata mea: q̄ iustitiā tua in prouocant contra me. Non potero stare cōtra eā: nisi ptegas me: misericordia tua sit scutū meū dñe: vt scutū bone volūtatis tue corona me. Nō hēo qd offeram ei: quo furorē eius tēperare possim: oīa q̄ mecū porto me accusant: offerā ergo te dñe: ne idigneris dñe deus meus. Sed magis esto mībi ī deū ptectorē. Sub alis tuis ptege me. Scapulisti obūbra me: et sub pēnis tuis sperabo. Quid faciet mībi iustitia si sub tua ptectiōe me custodies? Obmutescit dñe: et gladiū furoris sui reportabit in locū suū: initis efficietur videns pietatem incarnationis tue: conspiciēs vulnera passionis tue: cerrens sanguinem charitatis tue: recedet a me et dicet letare fili īuenisti: me comedē in pace et ī id ip̄; dormi et requiesce. esto itaq̄ mībi domine ī deū ptectorē et ī domum refugij vt tpe plū uias

In te dñe speravi

uiarum et procellarum: te in tempore tentationum confus-
 giam ad te: quia in te solo salus mea: sis mihi tu domi-
 nus refugium. Aperi mihi latus tuum lancea perforatus:
 ut ingrediar pectus tante pietatis in quo saluus sis
 a pusillanimitate spiritus: et tempestate: absconde
 me in tabernaculo tuo: in die malorum: protege me
 in abscondito tabernaculi tui: sit dominus refugium mei
 ineffabilis pietas tua: ut saluus me facias. Non enim
 potero non saluus esse in domo refugij tui: altissimum
 enim posuisti refugium tuum. Unde unitus est locus
 iste: nullus ibi timetur hostis: ut in animi semper in eo
 manere licet. Qui habitat in eo vulnerari non po-
 test: ad omnem igitur temptationem: ad omnia tribula-
 tionem: ad omnia denique cuiuscumque necessitate aperi mihi
 dñe domum refugij tui. Ex parte sinu pietatis tue:
 pateat viscera misericordie tue ut saluus me facias: non
 accedet illuc tentator: non calumniator ascendet: non
 pessimus frater accusator attinget: securus ero: nam
 pene mihi video securus. Praestib[us] bone iesu quia
 spe tua ad me misisti: quia me de puluere suscitauit: et
 de stercore erexit. Statuitque me coram te: ut sis mihi in
 deum protector: et in domum refugij: ut saluisti me facias.

Canima mea turbata est. En adest tristitia cum ve-
 xillo iustitiae venit: ab hesterno conflictu non recedit:
 alijs tamquam armis munita est: nam arma mihi hac no-
 cte subripuit: gladiisque meis milites suos accinxit.
 Ineris ergo et infirmus quid faciam? En quod proca-

Dedictio super psal.

citer clamat: quanto impetu me aggreditur: quanto
tu confidit de victoria. ubi inquit est protector tuus?
ubi dominus refugij: ubi salus? Ebdusc pinanes in-
ducia tua vana: Eos solationes ille tue de imagin-
tione procedunt: singis tibi deum propitiū: et protecto-
rem tuū et domū refugij tui. et putaste in celū cōscē-
disse. Illuderis profecto a fantasia tua et vana spe
cōsolaris. An putaste usq; ad tertium celū fuisse ra-
ptus? Sōnnia sunt hec. Recordare obsecro quod gra-
ue peccatū sit ingratitudo. Nonne hec fontē iniurie
cordie exsiccata? Ademor esto dñs fleuisse super ciuitatē
bierusalē: et ei mala ventura pñnciassē dicēs.
Quia venient dies in te. et circundabūt te inimici tui
vallo: et circundabūt te: et coangustabunt te: et ad ter-
rā prosternebūt te: et filios tuos quod in te sunt: et non relin-
quent in te lapidē sup lapidē. Causamq; tantorum
malorum non tacuit: sed eam subiunxit dicens. Eo quod
non cognoueris tempus visitationis tue. Ecce quod in-
gratitudo non modo priuari beneficio: sed etiam graui-
ter puniri meretur: nunq; hoc ad animaz non spe-
ctat. Nonne anima in scripturis per bierusalē sepius
significat: quod dum non vult cognoscere visitatiōē dñi:
circundabat a demonibus et varijs temptationib?: quibus
angustiata cadit: ad eterna p̄sternitur: nec in ea vir-
tus: aut bonū opus relinquitur: quod non destruatur.
omni enī gratia p̄ua: nec decetero restauratur: quod
non cognouit tempus visitationis sue. Tu profecto
tu

tū inquā es hec ciuitas plurib^z & magnis bñficijs a
deo decorata: & nō cognouisti ea: sed ingratus fuisti.
Ipse te ad imaginē suā creauit. In medio ecclesie:
nō inter fideles te genuit. In florida ciuitate te po-
suit aqua baptisini te sanctificauit: in domo religio-
sa te enutriuit. Tu aut̄ post cogitationes tuas cucur-
risti: in vanitate sensus tui ambulaſti: in profundum
peccatorū deuenisti: dñs te vocabat: & nō responde-
bas ei. Sepe te monuit: & cōſilium eius neglexisti.
Quotiens te illuminauit: quotiens te ad cor cōuer-
tit: quotiens de somno excitauit: Inuitabat te: tu ex-
cusabas. trahebat: & tu resistebas ei. Lande invicit
pietas ineffabilis & imensa. Tu peccasti & ip̄e te visi-
tauit. Tu cecidisti: & ipſe te erexit. Tu ignorasti: & ip-
ſe te docuit. Tu cecus fuisti & ip̄e te illuminauit. A
ſtrepitū inūdi: a tempeſtate pelagi: te ad getē & por-
tū religionis perdurit: habitū sancte cōuerſationis
dedit. ſacerdotē ſuū te eſſe voluit: ad gymnaſia ſue
ſapientie addurit. Ingratus tñ ſp fuisti: & negligē-
ter opus dei fecisti. Cū tñ ſcires ſcriptū eſſe. Ad ale-
dictus q̄ feererit opus dei negligēter. Nec ſic pietas
diuina te reliḡt. Sz ſp ad meliora benigne pdurit.
& qđ mariū ſuū eſt: te ſcientia ſcripturarū ōnauit: ſer-
monē p̄dicatiōnis i ore tuo posuit: & quaſi vnū de ma-
gnis viris in medio ppli te constituit. Tu aut̄ alios
docuisti. & teipſū negligisti: alios curasti: & teipſū nō
ſaluaſti: eleuaſti cor tuuſ in decore tuo. & iō pdidisti

Deditatio super psal.

sapietiam tuam in dedecore tuo. Nibil factus es. et nibil eris in perpetuum. An ignoras quod seruus sciens voluntate domini: et non facies vapulabit flagellis multis: An nescis quod deus superbis resistit: Quoniam cecidisti lucifer: quod mane oriebaris: quod vulnerabas gentes: quod dicebas in corde tuo in celum ascendam: Aerutamem in infernum detraheris in profundum lacum. Subter te sternet tinea: et opumentum tuum erunt vermes. An putas nunc iuvenire misericordiam: quod scandalum habasti plurimos: quod totiens a deo vocatus et monitus recidere nolueristi: Abi es set iustitia dei: ubi ergo est iudicium: Non sp. pseque misericordia peccatori terminos sibi statuit. Nonne scriptum est. Vocavi et renuisti. expadi manus meas et non fuit quod aspiceret: desperasti oem consilium meum: et increpatides meas neglexisti. Ego quoque in interitu proficeremus: et subsanabo cum vobis id quod timebatis adueniret. Ecce quod non sp. misericordia peccatori dat veniam. An non consideras gradus misericordie in te finere habere: quod tot beneficijs a deo honoratus in profundum pelagi cecidisti: quod tot gressus ornat ob tuam superbiam et inanem gloriam scandalum fuisti orbis terrarum: Non te itaque decipiat spes vana: quam sequeris: vivere a modo ut libet: noli in hac et in alia vita penitus infernalibus cruciari. Elige habitare cum his quod ducunt in bonis dies suos. et in punto ad infernum descendunt: nec pudor te detineat. fac frontem meretricis: comedamus: et bibamus. cras enim moriemur. Despata est plaga tua: et insanabilis facta est.

Hoc

Zonaras proximus accidit

de bibliade post mortem nulla voluptus.
ut te mortales huius presentibus expte

In te dñe speravi 93

Hec cū dixisset: totū exercitū vocib⁹ tremēdis v lulabat: et verba eius repetebat dicens. Despata est plaga tua et isanabilis facta est. ¶ Ego vō mēor ad mo-
nitionū mīris mee quis aliquātulū aīo delect⁹ p vi-
rib⁹ erexi me: et steti sup pedes meos: eleuās oculos
ad celū vnde auxiliū exspectabā. Et ecce spes hylari
vultu splēdorib⁹ dñis ornata: de alto descēdēs ait.
Que est ista q̄ iuoluit sent̄tias sermonib⁹ iperitis:
q̄ posuit terminos misericordie: q̄ infinitū vult finū:
q̄ aquas maris in manib⁹ portare se credit: An nō
audisti dñs dicētē. In quacūq̄ die ingemuerit pcc-
cator: oīum in iugitatū eius non recordabo: Qui est
hō q̄ nō peccat: Quis pōt dicere mūdū ē cor mēū:
ad oēs enī oīo dñica spectat. In qua oēs hoies dice-
re cōpellūt. Sūmitte nobis debita nīra. Ap̄los hoc
mō dñs orare docuit: nunqđ ergo ad ceteros hoies
hec oīo nō ptinebit: nō ne ap̄lī p̄mītiās spirīt⁹ acce-
perunt. Eur autē docuit eos dñs sic orare: si pecca-
tū nō habebāt: et si habebāt q̄s poterit ḡliari se peccato-
rē nō esse. Audi dilectū discipulū dñi. Si dixerim⁹
iugt q̄ peccatū nō habemīs: nos ipsos seducimus:
et veritas in nobis nō est. Jacob⁹ Ap̄lus i multi⁹ ait
offendim⁹ oēs. Dēs ergo peccauerūt: et iugit egēt mī
sericordia dei sancti dei hoies. Scriptū est enī: septi-
es in die cadit iustus et resurget. Nō ergo misericor-
dia terminos h̄z: s̄ quotienscūq̄ peccator īgeinue-
rit misericordia presto erit. Nec interest vtrū de illa

Deditatio super psal.

gnis aut de paruis peccatis loquamur. Ecedisti:
surge: et misericordia te suscipiet. Corruisti: clama et
mia ad te veniet: itez cecidisti itez corruisti: querere
re addis et viscera ei pietatis tibi patebunt. Ecedisti
corruisti tertio et quarto: plage: misericordia te non de-
relinquet: quoties peccas totiens resurge: et miseri-
cordia finem non habebit: ut quod improperas beneficia ac-
cepta oseminarum pessima tristitia: Enim non David pro
pheta maximus magna et multa beneficia accepit: de
quo dicit dominus: iuueni vires meas et tu peccauit: et q-
dē grauiter tam in adulterio quam in homicidio iusti vi-
ri et innocentis: nec tamen dominus suā misericordiam in eo ter-
mianuit. Quid supbie peccatum adducis? Nonne ipse
David eleuauit cor suum et numerare fecit populum
israel: glabat enim quasi rex magnus et potens in
virtute sua: nec tamen ob hoc reprobatur est. Quare: Quia
peccatum suum non abscondit: non illud predicauit sicut so-
doma: sed dixit. Eōsitebor aduersus me iniustias
meas domino. Misericordia itaque non sibi terminos po-
suit: sed reprobi statuit sibi fines: ut ad eos non trā-
seat: nam usque ad terminos eorum radit: sed ipsi repellunt
eas. Hinc scriptus est. Perditio tua ex te israel: ex
me tantummodo auxiliu tuum. Et peritos tuus in miseri-
cordia: et ipsebo illud: expande sinum tuum: et dabo tibi
mensuram bonam et coagitatam et superfluet. Persiste
in orationibus et fletu: quia quod cepit te diligere: et beneficijs gra-
tiasque ad suum amorem prouocare non deficiet. Sed ma-

In te Dñe sperauí 94

gis pficiet opus suū: q̄ nam causa naturalis incipit
opus vt in medio itineris desistat. Virt' seminis nō
cessat donec fructus ad pfectiōē producat: q̄ auis
relinqt pullos suos aīq̄ seipso regere valeat. Cur
hoc faciūt: q̄ utilitas ex hoc puenit illis. Nulla pfe-
cto. Sed tantū labor. Amor igit̄ cogit causas natu-
rales suos effectus ad pfectū deducere: bonitas cō-
pellit eas: quā cupiūt diffundere: bonū est enī suūp-
sius diffusiuū. Si hoc faciūt creature. Quid faciet
creator? Ipse enī amor est: ipse bonitas infinita. An
nō pficiet opus suū? Audi dñm Jesū. Ad ea inquit
volūtas est: vt faciā volūtate eius q̄ misit me: vt pfici-
ā opus eius. Qui igit̄ cepit te amare: te suis bene-
ficijs & gratijs attrahere: te a peccat̄ inūdare. Pcul
dubio pficiet opus suū: hec enī sunt pparatiōes eter-
ne vite. Cur igit̄ nūc cadens non est collisus: Non
ne q̄ dñs supposuit manū sua: & quare supposuit
manū suā: quare cōuertit ad se cor tuu: Cur te ad
penitentiā prouocauit: Cur q̄solatus est te: Non
vt te inūdet: & grā sua dignū faciat & ad vitā eternā
pducat: Non sunt he illusiōes aut iūaginationes
tue. Sed diuine inspiratiōes. Sed esto iūagatio-
nes sint. Non bone sunt: Non de fidei virtute p-
ueniūt: Lū itaq̄ oē bonū a deo sit: vt iaq̄ sūt he iūa-
ginatiōes diuine illuminatiōes. Exulta ergo i v̄bis
istis. Ad hec verba adeo q̄fortatū est cor meū: q̄
h̄gaudio psallere cepi dicēs. Dñs illuminatio mea

Regule deuotissime

z sal²mea quē tunebo? Dñs p^rtector vite mee: a quo
trepidabo? z ad pedes dñi cū lachrymis puolut² di-
xi. Dñe si cōsistant aduersum me castra: nō timebit
cor meū. Quoniam fortitudo mea z refugium meū es-
tu z pp nomen tuū deduces me z enutries me.

Explícit expositio vel meditatio Fratris Hiero-
nymi Sauonarole Ferrarensis sacri ordinis predi-
catorum in psalmu^z. In te domine sperauī et. quā
morte p̄iuentus explere non potuit.

Regule qdā breuissime ac valde utiles Reuerē-
di ac deuoti p̄is fratris Hieronymi Sauonarole
ferrarensis ordīs pdicatoꝝ: q ad oēs religiosos pertinet.

Rincipale studiu^m religiosi ē conari die
noctuꝝ vt aia sua sit dño deo ḡiuncta
p̄ orationē z cōtemplationē ḡtinuūq; amo-
rē actualē. Qd qdē nequaꝝ facer̄ po-
terit nisi pacē inētis possideat: quā pos-
fidere non poterit nisi se amore omnium creatura-
rum ac suū ipsius penitus spoliauerit: veneritq; usq;
ad contemptum z odiu^z vite sue. Que omnia si vo-
luerit obtinere necesse est cum omni sollicitudine p̄
us has quas subscribeimus regulas obseruare.

Priūmo ita d^r paupertatē diligere in p̄ticulari z i
cōmuni: vt statuat firmiter in corde suo nullo mō se
velle aliqd possidere: nec aliqd ad usu^z habere: nisi
qđ ei sumope necessariū fuerit: intātu^m vt odio habe-
at oēs diuitias magnas z paruas: etiā ipsa vestimē-
ta

Fratriis B̄ieronymi 95

ta sine qb' honeste viuere nō pōt: gaudeatq; de mo nasterij paupertate z doleat de eius abūdātia cū desi derio vt pauperrime viuat vsq; ad extremam nec es sitatem: quia vere pauper in paupertate gaudet,

CScđo q̄tū ad votū castitatis ita d; fugere oēs car nis illecebras vt non inō ab illícitis sed ēt a licitis re creationib' abstineat: ita vt nunq̄ ex toto relaxet p̄cō ceptū rigorē: s; sp sibi iratus castiget rōnabili obseqo corpus ppriū: oēsq; sensus a delectatione cohibeat nec satissaciāt desiderijs suis sed sp gaudeat flere: z lamētari z dñō decātare v̄siculū illud. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine animae mee.

CTerțio sp in mente h̄ns dñi nr̄i Iesu christi subie ctionē ad matrē suā z putatiū p̄eim suū Joseph z obedientiā vsq; ad mortē: morte; aut crucis: studeat cū oī conatu z virib' suis seipsum nō solū maioribus s; et equalibus minoribus: z oībus et v̄lissunis ser uire z eis vt decet statū suū humilis obedire z cū aplo dicere: cū liber essez ex oībus oīuin me seruū feci zc.

CQuarto studeat ita gubernare lingua suā vt nō solū illicita non loquat: non soluz non ociosa verba aut risum mouentia dicat: sed ēt necessaria in lōguz non p̄trahat: loquasq; sp de oībus cū timore z poti' desideret audire: z doceri q̄ log z alios docere: qz in mltis offendimus oēs: z q̄ in verbo nō offendit hic p̄fectus est vir: z diabolus in nullo subtilius decipit religiosuin q̄ p̄ loquacitatē: p̄ quā substrabit cū ab oīo

Regule deuotissime

ne et contemplatione: a quibus cum fuerit subtractus perdit omne robur mentis sue et ita inimicus preuat faciliter contra eum sicut vult et ut libet.

C Quinto caueat a distractionib^z seu ab his q^z solent animū in ptes diuidere vt sunt curiositates sensu et intellect^z. Qui enī volūt multa et inutilia videare et audire seu intelligere diuidūt cor suū ad multa: et ita remanēt dissipati nec cōpūcti. Negocia ergo pri moꝝ et facta aliena adeo reliquēda sunt: vt nec velimus minimā eoz pte intelligere. Negocia quoq^z cōuent^z officialib^z ipsius penit^z reliquant. Quidā zelo quodā īdiscreto q^z nō est sīm cōsciētiā volūt oīa, intelligere et ingetāt seipſos: iplefq^z mēs eoꝝ phātasij^s indignationib^z mūrinationib^z et nōnunq^z iūidia et abitione ac detractione h̄ platos et alios confratres suos. Si nullū hēs officiū in cōuētu gaude q^z paceꝝ magis acqres. Si hēs humili ea q^z ad ipz ptinēt et si ne q̄rela exequaris. Ne desideres h̄e aliqd officiuꝝ sed sta in pace et libētius suscipe officia vilia q^z honoriſica: et breuiter ab oīb^z q^z te ab intētione contemplationis diuine et pacis quātum possibile tibi est salua obedientia et charitate cauere debes cum omni ſollicitudinē aliter pacem non inuenies.

C Sexto d^z fugere hoīum querſationē p̄ſerti ſeculariū et diſſolutoꝝ fratrū: potiſſime aūt mulieꝝ et qſanguineoꝝ et ſolitudinē amare: nec vnq^z in publicū apparere niſi p necessaria honesta vel utili cauſa et ſp
breuiter

Fratriis Hieronymi 96

breviter se expedire. Ne in tunc pro hoc religiosus in
dicet aut contemnat seipsum super decipiens tanquam utili in oculis
proprijs indignum arbitretur habitu religionis et aliorum fratribus conuersatione.

Con septimo cum omni et summa diligentia et sollicitudine va-
care dominorum orationis et contemplationis: ita ut sepiissime eleuet in
tempore suum ad deum et ore cum breuitate tam in ecclesia quam in
mensa: tam in domo quam in theatro: tam sedendo quam ambulando
et frequenter dicat versiculum illud. Deus in adiu-
torium meum ite deus ad adiutorium meum festina. Ita dicat.
misericordia tua domine subsequetur in me: ut inhabitez in
domo domini omnibus diebus vita mee. Sicut enim facies obtine-
bit in me gete: et adeo gaudet deo quod nihil aliud poterit
cogitare nec diligere et erit quodammodo in hac vita beatissimus.

Cui ergo seruauerit istas septem regulas replebit
septem donis spiritus sancti: a quo spiritu sancto anima eius ac-
ta gustabit ea que nec oculus vidit: nec auris audi-
vit: nec in cor hominis ascendet: quod parauit de dilectis se:
et labores religionis prornibilo reputabit et videbuntur
dies pauci pre amoris magnitudine.

Con Religiosis autem quod ista non considerant: sed ambulant sine
consideratione finis proprij efficiuntur tepidi: ingetis: mur-
muratorios: ambitiosi: iracundi: loquaces: sensuales: hy-
striones et duriiores quam seculares ad puniam: et nisi de
pro sua misericordia eos reuocet aut preseruat in alia la-
bunt precipita a quibus nunquam postea liberabitur: quod ut dicit
sanctus Bonaventura diuinus doctor in scda scde. Reli-

Oratio deuotissima

giosi ex malitia peccates efficiunt pessimi et incorrigi-
biles: et sanctus Augustinus dicit quod sicut nunquam exp-
tus est meliores quam illi qui in monasterio profecerunt:
ita nec deteriores quam qui in monasterio defecerunt.

Concurremus igitur nos fratres taliter bonitatem in monaste-
rio accipere ut sumus meliores homines mundi: et ma-
gnam coronam acquiramus in celis: ubi regnat be-
neditus deus in secula seculorum. Amen. Finis.
Credo vel psalmus venerabilis patris fratris Hiero-
nymi de Ferraria ordinis predicatorum sancti Benedicti.

Diligam te domine: fortitudo mea.

Diligas te domine: virtus anime mee.

Diligam te spiritus ineffabilis exultatio mea:

Vici et iam non ibi: sed tibi tota vita mea.

Vita itaque quia prolati magna misericordia mea.

Vitaque suscitata est in magna misericordia tua.

Nisi enim quia iuuisti me paulominus habitasset
in inferno anima mea.

De portis mortis exaltasti me: ut annunciem omnibus
laudationes tuas.

Gratias tibi deus meus: quia liberasti me.

Gratias tibi lux mea: quoniam illuminasti me.

Gratias tibi amor cordis mei: quoniam vulnerasti me.

Seruo te timui: maiestas infinita.

Seruo te cognoui: pulchritudo tamen antiqua.

Seruo te amavi: bonitas eterna.

Querebam te quies mea: et non inueniebam.

Non

Fratriis Hieronymi 97

Non inueniebam te: eo quod male querebam.
Querebam te per exteriora: et tu in interioribusbitas
Lustrabam vicos et plateas: et requie non fueriebam.
Querebam foris: quod intra me erat.
Longe te esse putabam: et tu prope et intus eras.
Eram longe a te: et tu prope mihi eras.
Diristi mihi: et audiuit anima mea.
Quere intus et inuenies bonum tuum.
At ego miser: foris querebam deum meum.
Interrogavi terram si esset deus meus. 6
Interrogavi inquit: et respondit mihi:
Quere super me: non sum ego deus tuus.
Interrogavi mare: et respondit mihi:
Fallitur talis non sum ego deus tuus.
Interrogavi aeren: et respondit mihi:
Ascende superius: non sum ego deus tuus.
Interrogavi ignem: et respondit mihi:
Assume tibi pennas: non sum ego deus tuus:
Interrogauit celum sole lunam et stellas: et responderunt mihi
Exaltare super nos: non sumus deus tuus.
Interrogavi angelos: et responderunt mihi:
Accede ad cor altum: non sumus deus tuus.
Interrogavi uniuersas creaturas: et responderunt mihi.
Responderunt inquit mihi voce grandi et forti: 7
Qui nos ex nihilo fecit: ipse est deus tuus.
Abi est deus meus: respondete mihi:
Abi queram illum docete me obsecro.

EE

~~Q~~uæstio deuotissima

Abiqt̄ est deus tuus: quere in corde tuo.
Celum & terram implet: implet & cor tuum.
Et conuersus ad cor meum: ait ad deum meum:
Quomodo huic iusta: domine deus meus.
Per quam portā venisti: dulcis amor meus.
Oculos interrogavi & responderunt mihi:
Si coloratus non fuit: per nos non introiuit.
Aures excitaui: & responderunt mihi:
Si sonitum non fecit: per nos non introiuit.
Pares pulsauit: & responderunt mihi.
Si non redoluit: per nos non introiuit.
Gustuum tetigi: & respondit mihi:
Si non sapuit: per me non introiuit.
Tactuum adiuraui: & respondit mihi:
Si corpulentus non fuit: per me non introiuit.
Intus ergo eras: & sensus hoc nesciebant.
In altam intraisti: & per corporēos sensus nō intraisti.
Lumen tua lucet: ubi locus non capit.
Aer tua sonat: ubi tempus non rapit.
Odor tuus redolet: ubi flatus non spirat.
Sopor tuus sapit: ubi non est edacitas.
Amplexus tuus tangit: ubi non diuellitur.
¶ Quid ergo est deus meus: quid tu amor meus.
Interrogavi eum: & respondit mihi:
Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur deus:
Aere tu es deus magnus: qui vincis scientiam n̄fam.
Tu solus es potens: & verissime beatus.

Tu

Fratriis Beateronymi 98

Tu rex regum et dominus dominantium.

Tu solus habes immortalitatem et lucem inaccessibilem.

Quam nullus hominum videt: nec videre potest.

Multa de te dicimus: sed deficiimus verbis.

Aior es enim omnium corde et omni laude.

Tu es deus unus: in trinitate gaudens.

Deus pater: deus filius: deus spiritus sanctus.

Tres quidem personae non tamen tres essentie.

Unus deus ac dominus: non tres dij aut domini.

Hic est deus meus: qui bonorum meorum non indiget.

Qui propter suam bonitatem universa hec creavit.

Nulla re indiget: et omnia portat ac gubernat.

Et propter nos homines seipsum exinanuit.

Factus est homo: et pro hominibus crucifixus.

A mortuis resurrexit: et super omnes celos ascendit.

At nobis preparat immortalitatis locum.

Inde venturus est iudicare viuos et mortuos.

Eius regni non erit finis et cum ipso regnabit in secula se-

Abi eni caro mea regnat: regnare me credo. (pitna)

Si proprio filio pro omnibus: non pepercit.

Ereditumque cum illo omnia nobis donauit.

O inextimabilis dilectio charitatis.

At seruum redimeres filium tradidisti.

Dilexisti me valde: unice amor meus.

Dilexisti me: priusquam diligenterem te.

Ad imaginem tuam tu creasti me.

Omnibus creaturis tuis preposuisti me.

O deuotissima

Angelos tuos spiritus fecisti propter me.

Quoniam dasti eis: ut custodiant me.

Nec forte offendam ad lapidem pedem meum.

Intra infideles non fecisti me.

In spiritu et aqua baptizasti me.

Divitias et paupertatem non dedisti mihi.

Intellectum et sapientiam docuisti me.

Et quando errabam vocabas me.

Pulsabas ad ostium et non aperiebam tibi.

Oppabar in virtute mea que tamen virtus non erat.

Currere volebam et deficiebam.

Ibi magis cecidi: ubi me magis stare credidi.

Factus sum vilis tanquam vas perditum.

Elongavi fugiens in religionem longinquam:

Vanitatem dilexi: et vanus factus sum.

Eccus eram: cecitatem amabam.

Seruus eram seruitutem desiderabam.

Vincitus eram: vincula non horrebam.

Amarum dulce: et dulce amarum credebam.

Adiser eram: nec cognoscetam.

Ego peccauisti tu me visitaisti.

Ego cecidi tu me erexit.

Ego ignoravi tu me docuisti.

Ego non vidi: tu me illuminasti.

Abieram in peccatis: venundatus eram.

Venisti ad me: ut redimeres me.

Et tamen me dileristi: ut sanguinem tuum precium p. me darec.

Dileristi

Fratriis Hieronymi 99

Dilexisti me plusq; te: qui mori voluisti pro me.

Ex ali pacto: tam caro precio reduxisti me de exilio

Redeinisti me de supplicio.

Aocasti me nomine tuo.

Signasti me sanguine tuo.

At memoriale tuu; esset apud me.

Et nūq; recedere a corde: q; p; me nō recessit a cruce

Eognoscam ergo te cognitor meus.

Eognoscam te virtus anime mee.

Ostende te mibi consolator meus.

Videā te lumen oculorum meorum.

Venī ad me gaudium spiritus mei.

Videam te leticia cordis mei.

Quisquis enim cognoscit te: diligit te

Obliviscitur se: amat te plusq; se.

Relinquit se ut veniat ad te.

Erpelle ergo domine tenebras mentis mee.

At memoria mea te recolendo gaudeat.

Oculus meus te videndo iubilet

Anima mea te diligendo ardeat.

Bonum est enim mibi adherere deo meo.

Pone in salutari meo tam spem meam.

Enī enī tibi nō adhereo: in trāsitorijs aio dissundor.

Cogitatione versor: locutione implicor.

Miser igitur ego: miser inq; ego.

Quando tibi tantu; adbterebo: ut nō peccem tibi?

Qui poterit mea obligas tue ſctitudini adequare?

Tu dñe diligis ſolitudinem: ego multitudinem.

O deuotissima

Tu silentium: ego clamorem.

Tu veritatem: ego vanitatem.

Tu mundiciam ego immundicari.

¶ Per temetipsum itaque dominete rogo

Illumina oculos meos: vulnera cor meum charitate tua

Perfice gressus meos in seinitis tuis

Ut non moueantur vestigia mea.

Libera captiuum: collige dispersum

Reintegra scissum: erige elapsum

Da mibi cor quod te cogitet

Da mibi mentem que te recolat

Da intellectum qui te intelligat

Da rationem que tibi faciliter adhæreat

Da mibi animam que te diligat

Da voluntatem que nunquam te recedat

Prope esto mibi in animo: prope in ore

Prope in opere prope in auxilio

Prope esto mibi: quia amore langueo

Prope esto mibi: quia sine te morior

Prope esto mibi: quia te recolens suscitor

Odor enim tuus me recreat

Memoria tua me sanat

Lux tua dulcis me vivificat

Aur tua suauis me delectat

Sed tunc satiabor cum apparuerit gloria tua

Tibi ergo dixit cor meum: tibi inquam alia mea.


Quesiui vultum tuum: vultum tuum domine regas.

Ne auertas faciem tuam a me

Fratris Hieronymi Ioo

Ne declines in ira a seruo tuo
Adiutor meus esto ne derelinquas me: neque despici-
cias me deus salutaris meus.
Qui pater meus et mater mea dereliquerunt me.
Deus autem misericorditer assumpsit me
Legem pone mihi in via tua:
Et dirige in semitam rectam propter iniunicos meos
Metradideris me in annas tribulantium me
Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui
Et mentita est iniquitas sibi
Credo videre bona domini in terra viuentium
Ideo cantabo domino in vita mea
Psallam deo meo quod diu fuero.
Focundum sit eius eloquium: ego vero delecta-
bor in domino. Amen.


CIn nomine sancte trinitatis isti tres tractat' uti-
lissimi feliciter explicauit.



CUenetijs p Lazaru So-
ardu. Anno domini. 1504.
die ultimo februarij."

Registrum.

A B C D E F G
H I K L M N O
P Q R S T U X
Y Z A E B B E E
Omnes sunt signati terti.







BIBLI

Sa

M

BIBL

De

N

TOLEDO
LIOTECA PROVINCIAL

Sala -

Número -

ONAR

TRATADO



TOLEDO

LIOTECA PUBLICA

Dep.

INC
331

1508

Venetius